UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes, super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo sancti ambrosi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70506

Visual Library

⁊ partum dicens. Ecce cõcipies in vtero ⁊c. Et oſtendendo dignitatem prolis concepte. cũ dixit. Hic erit magnus. Et in demonſtrando modũ conceptionis cuʒ dixit. Spiritusſanctus ſuperueniet in te. Tertio intendebat animũ eius ducere ad cõſenſum. qđ quidem fecit exẽplo elizabeth. ⁊ ratione ex diuina potentia ſumpta. ¶ Ad rationes in oppoſitũ. ¶ Ad primã rñdet. negãdo cõſequẽtiã. Et ratio eſt. qꝛ animo humili nihil eſt mirabilius ꝙ auditus ſue excellentie. Admiratio auteʒ maxime attentionẽ animi facit. ⁊ ideo angelus volens mẽtem virginis attentã reddere ad auditũ tanti myſterij ab eius laudem incepit. ¶ Ad ſcđam rñdet ꝙ ratio non procedit. qꝛ vt dicit ambroſius. beata virgo non dubitauit eſſe faciendũ. ſed quomodo fieri poſſet inquirit. ſʒ nec ſi beata virgo dubitauerit. quod aſſerit auguſtinus. Vñ in libro de queſtionibus veteris et noui teſtamenti. Ambigẽti marie de cõceptu poſſibilitateʒ angelus predicat. ſʒ quia talis dubitatio magis eſt admirationis ꝙ incredulitatis. ⁊ ideo angelus probationem inducit. non ad auferenduʒ incredulitatem. ſed remouendũ etiam eius admirationeʒ. ¶ Ad tertiam reſpondet. ꝙ cõceptus ſterilis inducitur non quaſi ſufficiens argumentũ ſed quaſi qđdam figurale exemplum. ⁊ ideo ad confirmationem hui⁹ exempli ſubditur argumentuʒ efficax ex omnipotentia diuina.

N feſto ſãcti ãbroſij eſt euangelium. Vigilate ergo. Matthei xxiiij. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiões. ¶ Prima. vtrum liceat iniunctum epiſcopatum omnino refutare. vel omnino reniti canonice electioni vel ꝓuiſioni de ſe facte. ¶ Secunda. vtrũ fidelis ſeruus ⁊ prudens. quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuã peccet mortaliter ſi bona eccleſiaſtica que procurat non largiatur pauperibus. ¶ Tertia. vtruʒ ambroſius bene fecit excommunicando imperatorem.

D primã queſtionẽ ſic procedit. Et videtur ꝙ nõ liceat iniunctum epiſcopatum vel aliam prelaturam omnino refutare. vel reniti electioni vel iniũctioni. ¶ Primo ſic. nullus eniʒ peccat ſi meliora nolit deſerere vt min⁹ bonis inhereat. cũ ergo amor dei ꝑemineat dilectiõi proximi. ⁊ vita cõtẽplatiua ꝑferat vi-

te actiue.ergo non peccat ille ꝗ
recuſat oīno epiſcopatū. ¶ Se-
cūdo ſic.dicit grego. Ualde dif-
ficile eſt vt aliquis ſe purgatum
poſſit cognoſcere.nec dꝫ aliquis
non purgatꝰ ſacra miniſteria adi
re.ſi ergo non ſentiat ſe purgatū
quodcūqꝫ ep̄ale iniungaꝶ officiū
ſiue papatus non debet illud ſu-
ſuſcipere. ¶ In oppoſitum vide
tur eſſe euangeliū preſens vbi dꝛ
Beatus ille ſeruus quē cū vene
rit dn̄s inueniet ſic faciētē. ¶ In
oppoſitū etiaꝫ eſt illud de beato
ambroſio.cuiꝰ feſtū hodie coliꝶ.
qui mutato habitu a quibuſdaꝫ
mercatoribus obtinuit vt in quo
dam dolio ſup quadrigam de vr
be duceretur cuiꝰ portas die no-
ctuqꝫ vigiles ꝓpter eū obſerua-
bant. qui extra vrbē poſitus ſil-
uas petijt latibula cauernarū re-
quirēs ibiqꝫ tribus diebꝰ latuit.
Uerūtamen dum ſollicite quere
retur colūna lucis prefulgida a
celo depēdēs ſuper locū in quo
latitabat apparuit. ¶ Rn̄deo di
cēdū iuxta ſanctū thomā in.ij.ij.
(q.clxxxv.ar.ij.) ꝙ in aſſumptio
ne epiſcopatus duo ſunt ꝯſiderā
da. Primo quideꝫ qd̄ deceat ho
minē appetere ſm̄ ꝓpriā volun-
tatē. Scd̄o quid deceat hominē
facere ad voluntatē alteriꝰ. Quā
tum ergo ad propriā voluntateꝫ
cōuenit homini principaliter in
ſiſtere proprie ſaluti. ſed ꝙ alie-
ne ſaluti intendat hoc conuenit
homini ex diſpoſitione alterius
poteſtatem habentis. Uñ ſicut

ad ordinationem voluntatis per
tinet ꝙ aliquis ꝓprio motu fera
tur in hoc ꝙ aliorꝫ gubernatio
ni preferatur.ita etiā ad inordi-
nationē volūtatis ꝙ aliquis om
nino cōtra ſuperioris iniunctio
nem predictū gubernationis of
ficiū finaliter recuſet ꝓpter duo
Primo quidem quia hoc repu-
gnat caritati proximorum quo-
rum vtilitati ſe dꝫ aliquis expo
nere pro loco et tempore. Unde
aug.dicit.xix.de ciuitate dei.ꝙ
negociꝫ iuſtū ſuſcipiat neceſſi
tas caritatis. Scd̄o qꝛ hoc repu
gnat humiliati per quā aliquis
ſuperiorꝫ mandatis ſe ſubijcit
Uñ greg.dicit in paſtorali. Tūc
ante dei oculos vera eſt humili-
tas cum ad reſpuendū qd̄ vtili-
ter ſubire precipitur ꝑtinax non
eſt. Et idem videtur dicendū de
papatu.qꝛ electio eius eſt confir
matio. ¶ Ad rationes in oppoſi
tum. ¶ Ad primaꝫ reſpondetur.
negādo ꝯſequentiā. Et ratio eſt
qꝛ ꝙuis ſimpliciter ⁊ abſolute vi
ta contēplatiua potior ſit ꝙ̄ acti
ua.⁊ amor dei ꝙ̄ dilectio ꝓxi
mi tñ ex alia parte bonum multitu-
dinis preferendū eſt bono vnius
Uñ augu.dicit in verbis premiſ
ſis. Nec ocium veſtrum neceſſi-
tati eccleſie preponatis.preſer-
tim cum hoc ad dilectionem dei
pertineat ꝙ aliquis ouibus chri
ſti curam paſtoralem impendat.
Uñ ſuper illud Joh.vlti. Paſce
oues meas.dicit Aug. Sit amo
ris officium et paſcere gregem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dominicuz. ſicut fuit timoꝛis in
dicium negare paſtoꝛem. Simi
liter ratio non pꝛocedit. qꝛ pꝛela
ti non ſic tranſferuntur ad vitaz
actiuam vt contemplatiuam de
ſerant. Vñ augu. xix. de ciuitate
dei. ꝙ ſi imponatꝛ ſarcina paſto-
ralis officij. nec ſic deſerenda eſt
dilectio veritatis que in contem
platiōe habetur. ¶ Ad ſcdām re
ſpondetꝛ negando conſequentiā.
niſi impedimentum quod hꝫ nō
poſſet ſupioꝛ remouere ſibi. vt-
puta excōmunicationē aut irre-
gularitatem aut ipſemet deſerē
do volūtatē peccādi. ſi aūt nō po
teſt. tūc nō tenetꝛ obedire alicui.

AD ſecūdam
queſtionē qua
queritur. vtruz
fidelis ſeruus
⁊ pꝛudens quē
conſtituit dñs
ſuper familiaz
ſuam. i. epiſcopꝰ vel pꝛelatꝰ pec-
cet moꝛtaliter ſi bona eccleſiaſti
ca que pꝛocurat nō largiatꝛ pau-
peribus. Et videtur ꝙ ſic. Dicit
enim ambꝛoſius exponens illud
Luce. xij. Hominis cuiuſdā di-
uitijs vberes fructus ager attu-
lit. Nemo pꝛopꝛium dicat quod
eſt commune. plꝰ ꝙ̄ ſufficiat ſum
ptui violenter obtentuz eſt. ⁊ po
ſtea ſubdit. Nec minus eſt crimi
nis habēti tollere ꝙ̄ cum poſſis
⁊ abundans denegare indigenti
bus ſed violenter tollere alienū
eſt peccatum moꝛtale. ergo epi-
ſcopus moꝛtaliter peccat ſi ea q̄
ei ſuperfluūt pauperibus nō lar
giatur. ¶ Scdo ſic ſuper illud
Eſa. iij. Rapina pauperum in do
mo veſtra. dicit gloſa hieronymi
ꝙ bona eccleſiaſtica ſunt paupe
rum. ſed quicunqꝫ id quod eſt al
terius ſibi reſeruat aut alijs dat
peccat moꝛtaliter ⁊ tenetꝛ ad re-
ſtitutionem. ergo ſi epiſcopi bo-
na eccleſiaſtica q̄ eis ſuperfluūt
ſibi retineant vel conſanguineis
vel amicis largiātur. videtur ꝙ
tenētur ad reſtitutionem. ¶ Ter
tio ſic. multo magis aliquis po-
teſt de rebus eccleſie ea que ſunt
ſibi neceſſaria accipere ꝙ̄ ſuper
flua congregare. Sed hierony
mus dicit in epiſtola ad damaſū
papam. Clericos illos conuenit
eccleſie ſtipendijs ſuſtentari. qui
bus parentum vel pꝛopinquoꝝ
nulli ſuffragantur. qui autem bo
nis parentum ⁊ operibus ſuſten
tari poſſunt ſi quid pauperum ac
cipiunt ſacrilegū incurrūt. ergo
multomagis epiſcopi moꝛtali-
ter peccant ſi ea que eis ſuper-
fluūt de bonis eccleſiaſticis pau
peribus non largiantur. ¶ In op
poſitum videtur euangeliuz. vbi
dꝛ. Vt det illis in tempoꝛe triti-
ci menſuram. ergo non dꝫ pꝛela
tus quod ſuperfluit ſemper da-
re pauperibus. ſed pꝛo tempoꝛe
ſcꝫ neceſſitatis vt cum menſura
quia in illis rebus ſunt exponen
da ſuperflua. Sed in oppoſitum
eſt. quia plures ea que ſupſunt
non largiuntur pauperibus ſed

expēdere videnꝰ laudabiliter ad
redditus eccleſie ampliandos.
¶ Rñdeo dicendū iuxta ſanctuꝫ
tho. in. ij. ij. (q. clxxxv. ar. vij.) ꝙ
aliter eſt dicēdū de ꝓprijs bonis
que epiſcopi poſſunt poſſidere. ⁊
de bonis eccleſiaſticis. nam pro-
prioꝝ bonoꝝ verū dominū habēt
vñ ex ipſa rerū cōditione nō obli
gantur vt eas cōferāt. ſꝫ poſſunt
vel ſibi retinere vel alijs etiam ꝓ
libito elargiri. poſſunt tñ in earū
diſpenſatiōe peccare. vel ꝓpter
inordinationē affectus per quaꝫ
cōtingit ꝙ ſibi plura conferāt ꝙ̄
oporteat vel etiā ꝙ alijs non ſub
ueniant. qđ requirit debitū cari-
tatis. nō tñ tenenꝰ ad reſtitutio-
nem. qꝛ huiuſmodi res ſunt ſuo
dño deputate. Sꝫ eccleſiaſticoꝝ
bonorū ſunt diſpēſatores vel pro
curatores. Dicit enim augu. ad
bonifaciū. Si priuatum poſſide
mus qđ nobis ſufficiat. non illa
bona noſtra ſunt ſꝫ illoꝝ quoruꝫ
ꝓcurationē gerimꝰ nō ꝓprietatē
nobis vſurpatione damnabili vē
dicemus. Ad diſpēſatorem aūt
requiritur bona fides vt notatur
in preſenti euangelio. cū dr. Fi-
delis ⁊ prudēs ⁊c. Et. j. Coꝝ. iiij.
Hic iaꝫ queritur inter diſpenſa
tores vt fidelis quis inueniatur
Sunt autē bona eccleſiaſtica nō
ſolū ad vſus pauperū ſꝫ etiaꝫ ad
cultū diuinū ⁊ neceſſitates mini
ſtrorū. Vñ. dr. xij. q. ij. de redditi-
bus eccleſie vel oblationibus fi-
delium ſola epō ex his vna por-
tio remittaꝰ. due eccleſiaruꝫ fa-
bricis ⁊ erogationi pauperū pro
future a preſbytero ſub pericu-
lo ſui ordinis prebeātur. vltima
clericis ꝓ ſingulоruꝫ meritis di
uidatur. ſi ergo diſtincta ſunt bo
na que debēt in vſum epiſcopi ce
dere ab his que ſunt pauperibꝰ ⁊
miniſtris ⁊ cultui eccleſie erogā
da. ⁊ aliq̇d ſibi retinuerit epiſco
pus de his que ſunt pauperibus
eroganda vel in vſum miniſtro-
rum vel in cultū diuinū expēden
da nō eſt dubiū ꝙ contra fidē ad
miniſtratiōis agat ⁊ mortaliter
peccat. ⁊ ad reſtitutionē tenetur
de his aūt q̇ ſunt ſpecialiter ſuo
vſui deputata videꝰ eſſe eadē ra
tio que eſt de ꝓprijs bonis. vt ſcꝫ
ꝓpter imoderatū affectū ⁊ vſum
peccet. vt ſi immoderate ſibi re-
tineat ⁊ alijs non ſubueniat ſicut
requirit debitū caritatis. Si vero
non ſint predicta bona diſtincta
eoꝝ diſtributio fidei eiꝰ attribui
tur. ⁊ ſiquidē in modico deficiat
vel ſuperabūdat. poteſt hoc fie-
ri abſq̃ bone fidei detrimēto. qꝛ
nō poteſt homo in talibꝰ pũctua
liter accipere id qđ fieri opꝫ. Si
vero ſit multꝰ exceſſus nō pōt late
re vñ videꝰ bone fidei repugnare
et ideo non eſt abſq̃ aliquo pctō
mortali. ¶ Ad rōnes in oppoſitū.
¶ Ad primā rñdeꝰ negādo cōſe-
quentiā ⁊ ad dictū ambroſij rñde
tur ꝙ nō ſolū eſt referendū ad di
ſpenſationē eccleſiaſticarū rerū
ſed quorūcūq̃ bonoꝝ ex quibus
tenetur aliquis debito caritatis
prouidere neceſſitatē patientibꝰ

nō poteſt tamen determinari qn̄
ſit iſta neceſſitas que ad peccatū
mortale obliget. ſicut nec cetera
pticularia que in humanis acti-
bus conſiderātur. horū enim de-
terminatio relinquitur humane
prudentie. ¶ Ad ſcdām rn̄det ne
gādo conſequentiā. Et ratio eſt.
qꝛ bona eccleſiarū no ſunt expen
denda ſolū ad vſus pauperū. ſed
etiam in alios vſus. vt dictū eſt.
⁊ ideo ſi de eo qđ vſui epī vel ali
cuius clerici eſt deputatuꝫ velit
aliquis ſipi ſubtrahere ⁊ cōſan-
guineis vel alijs dare nō peccat.
dummodo id faciat moderate. i.
dū indigeant. nō autē vt inde di
tiores fiant. Vn̄ ambroſi⁹ libro
de officijs. Eſt approbāda libera
litas vt ꝓximos ſeminis tui ne
deſpicias ſi egere cognoſcas.
non tn̄ vt illos ditiores fieri vel
ex eo qđ tu potes cōferre in opi-
bus. ¶ Ad tertiā rn̄det. negādo
ꝯſequētiā. Et ratio eſt. qꝛ nō oīa
bona eccleſiarū ſicut dictum eſt
ſunt pauperib⁹ largiēda niſi for
te ī articulo neceſſitatis. in quo
etiam ꝓ redemptione captiuoꝝ
⁊ alijs neceſſitatibus pauperum
vaſa cultui diuino dicata diſtra
huntur. vt ambroſi⁹ dicit. ⁊ in ta-
li neceſſitate peccaret cleric⁹ ſi
vellet de reb⁹ eccleſie viuere dū
modo haberet bona patrimonia
lia de quibus viuere poſſit. ¶ Ad
quartam que fuit ex parte oppo
ſita reſpōdetur ꝙ bona eccleſia-
rum vſibus pauperum deſeruire
debent. ⁊ ideo ſi quis neceſſitate
non imminente prouidendi pau-
peribus de his que ſuperfluunt
ex prouentibus eccleſiarum poſ
ſeſſiōes emat vel in theſauro re
ponat in futurum vtilitati eccle
ſie et neceſſitatibus pauperum.
laudabiliter facit. Si vō neceſ-
ſitas immineat pauperibus ero
gandi. ſuperflua cura eſt ⁊ inor-
dinata vt ad futurum conſeruet
quod dominus prohibet Matt.
vj. Nolite ſolliciti eē ī craſtinū.

D tertiaꝫ
queſtioneꝫ ſic
ꝓceditur. Et
videtur ꝙ bea
tus ambroſi⁹
non bene fecit
excommuni-
cando imperatorem. ¶ Primo
ſic. regalis poteſtas nō eſt ſubdi
ta ſpirituali poteſtati. ergo ⁊c.
cōſequentia eſt bona. antecedēs
probatur. dicit gloſa ſuper illud
ps. Tibi ſoli peccaui. Quia rex
omnibus eſt ſuperior ⁊ ideo tan
tum a deo qui eſt maior eſt pu-
niendus ſi quis de populo pecca
uit. deo peccauit ⁊ regi rex vero
non habet hominem qui eius fa
cta dijudicet. ergo poteſtas ſpi-
ritualis non poteſt iudicare im
peratorem vel regem. ergo am-
broſius nō bene fecit excommu-
nicando imperatorem; cum non
eſſet ſubiectus ei. ¶ Secundo
ſic. j. Peri. ij. dicit beatus pe-
trus. Subditi eſtote omni hu-
mane creature propter deum.

ſiue regi tanq̃ p̄cellenti . ergo ſi
rex precellit nō eſt ſubiect⁹ epi-
ſcopo. ⁊ p̱ ꝯſequens Ambro. non
potuit eum excōicare. ¶ Tertio
ſic. Sacerdos in veteri teſtamē
to q̄d fuit figura noſtri in terre-
nis omnib⁹ ſubijciebat regi. er-
go videtur ꝙ etiaz in nouo teſta
mento. ¶ In oppoſitum eſt euan
gelium p̄ſens . vbi dr̄. ꝙ fidelis
ſeruus ⁊ prudēs eſt ꝯſtitut⁹ ſup
familiam dn̄i. i. p̄latus ſup eccle
ſiam. ſꝫ intra eccleſiam impato
res ⁊ reges ⁊ principes ꝯnume-
rantur cū alijs fidelib⁹ ergo po-
teſtas ſpūalis eſt ſup omnē terre
nam. et ſi ſupra poteſt corrigere
et punire. et p̱ ꝯſequens Ambro
ſius bene fecit impatorem deuz
offendentem ⁊ eccleſiam excōi-
re. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ bea
tus Ambroſius potuit ⁊ debuit
excommunicare impatorē. Pro
prima parte ꝙ potuit eſſe. Notā
dum ꝙ poteſtas ſpūalis ſupemi
net poteſtati ſeculari etiaz rega
li in duabus. ſcꝫ dignitate ⁊ au-
ctoritate. Dignitate quidem qr
vt ait idez Ambroſi⁹ diſ. xcvj. c.
Duo ſunt Aurum non tam pre-
cioſus eſt plumbo q̃ regia pote
ſtate altior eſt ordo ſacerdota-
lis. videmus em̄ colla regū ⁊ p̄n
cipum ſubmitti genibus ſacer-
dotum. ⁊ ab eis benedici. Item
Hugo de ſancto victore. Quan-
to vita ſpūaliuz dignior eſt q̃ ter
renarum ⁊ ſpūs q̃ corpus tanto
ſpiritualis poteſtas terrenaz po
teſtatem ⁊ ſecularem honorem

et dignitatem p̄cellit. Secundo
precellit auctoritate. Vn̄. xcvj.
diſ. Conſtantinus. vbi dr̄. Vtile
iudicauim⁹ cum omnib⁹ ſatra-
pis noſtris. vt ſicut beatus Pe-
trus in terris vicari⁹ filij dei vi-
detur eſſe ꝯſtitutus. ita principa
tus eius poteſtatem ⁊ auctorita
tem ampli⁹ q̃ terrene imperia-
lis noſtre ſerenitatis manſueto
habere videtur . vnde ⁊ tenētes
frenum equi ipſius p̱ reuerentia
petri ſubiectionis officiū illi ex
hibuimus. Et ideo dicit Hugo
de ſancto victore. Spūalis pote
ſtas habet iudicare terrenaz po
teſtatem ſi bona nō fuerit. ¶ Qꝫ
vero debuit facere. ptꝫ. qr vt di
cit Ambroſi⁹ Imperator Theo
doſius fecit occidi quinq̄ milia
hominuz inter quos multi fue-
runt innocentes. Vn̄ cum impa
tor mediolanum veniſſet ⁊ eccle
ſiam intrare vellet occurrit ei
ad ianuam ambroſius. eiq̄ adi-
tum p̄hibuit dicens. Cur impe-
rator poſt cauſam tanti furoris
et facinoris non agnoſcis molē
tue p̄ſumptionis. ſed forte reco
gnitionem peccati p̄hibet pote-
ſtas imperij. decet te vt vincat ra
tio poteſtatem. p̄nceps es o im-
perator. ſed ꝯſeruoꝝ. quibus er
go oculis aſpicies cōmunis dn̄i
templum. q̄bus calcabis pedib⁹
ſanctum pauimentū. q̄uo manus
extēdes de q̄bus ſanguis adhuc
ſtillat ⁊c. ¶ Ad ratiōes in oppo
ſitum. ¶ Ad primā r̄ndetur negā
do ꝯſequētiam. Et ad gloſam q̄

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicit ꝙ rex non habet hominem
qui eius facta dijudicet. facien-
da eſt diſtinctio in hoc ꝙ dicitur
ꝙ non habet hominē. Spūalis
eñ poteſtas non iudicat ſm ho-
minem vel ſm humanaʒ legem
ſʒ inq̄ntum poſſidet vicē dei. Si
cut dr apoſtolis Lu.x. Qui vos
audit me audit. Et ſicut dic apo
ſtolus.ij.Cor.v. Pro chriſto le-
gatione fungimur.) Et ſm pote-
ſtatem ad vindictaʒ ſpūalem nō
corporalem. ſicut dicit. xxiij.q.
v. principes. ꝙ regum eſt exerce
re corpalem penam. ſacerdotuʒ
ſpūalem inferre vindictam. Si
cut eñ iudex terrenus non ſine
cauſa gladium portat. ſicut dici
tur Ro. xiij. Ita non ſine cauſa
claues eccleſie ſacerdotes acci
piunt. Ille portat gladiuʒ advin
dictam malefactoꝝ. ad laudem
vero bonoꝝ Iſti claues habent
ad excluſionē excōmunicandoꝝ
et recōciliationem penitentiuʒ.
expone ergo a deo tantuʒ rex eſt
puniendus ſupple materiali pe-
na. Et itē cum dr. non habet ho-
mineʒ qui eius facta dijudicet.
ſupple ad corporalem penam in
ferendam. Hec ſm Alexandruʒ
de hal. Nos diceremus ꝙ gloſa
loquitur ꝓ tempore dauid in q̄
non erat data poteſtas ſpūalis
que data eſt in nouo teſtamento
Illo enim tempore in tpalibus
ſubiecta erat poteſtas ſpiritua-
lis terrene poteſtati vt infra dice
tur. ¶ Ad ſecundam. de canoni-
ca Petri reſpondetur. negando
conſequentiam. Et ratio eſt. qr
cum dicitur. ꝙ rex p̄cellit. intel-
ligit in ſuo ordine reſpectu ter-
rene poteſtatis in regno non in
comparatione ſpūalis. ¶ Ad ter
tiam reſpondetur negando cōſe
quentiam. Et ratio eſt. qr ſm ſta
tum veteris legis ſacerdotalis
poteſtas erat regali inferior. ſed
non ſm ſtatum noui teſtamenti.
Sacerdotium eñ veteris teſta-
menti carnale erat ⁊ per carna-
lem ꝓpagationē ſuccedebat. q̄-
uis eſſet ordinatum ad diuinuʒ
obſequium. ſcʒ diuinum cultuʒ
et figuras ſpiritualis ſacerdotij
noui teſtamenti. quod nō eſt per
ſucceſſionē carnaleʒ. propterea
in illa parte in qua carnale erat
et terrenum. ſubiectum erat ter
rene poteſtatis. ſ. regali. ſic autē
non eſt in nouo.

N feſto ſā
cti. vincentij
magrī i theo
logia. eſt euā
gelium. Ne-
mo accendit
lucernaʒ Lu
ce. xj. Circa
quod poſſunt
diſputari ſe-
quentes q̄ſtiones. ¶ Prima. vtrꝫ
doct⁹ religioſus de ordine men
dicantium cuʒ perfectionis ſta
tu poſſet gradum magiſtralē ſu
ſcipere. ¶ Scd̄a. vtruʒ poteſt ſci
ri tempus aduentus chriſti ad
iudicium.